

do effectus veram fidem consequentes [signa autem illa seu effectus sunt. 1. Gratia divina desiderium Matth. 5. v. 6. 2. Renovatio, quæ cognoscitur potissimum ex lucta carnis & Spiritus, ex seria vitiorum displicentia &c: 3. Spiritus moventis Testificatio Luc. 24. v. 32. Rom. 8. v. 16. Eph. 1. v. 13. 4. Studiosa legis observatio vel bonorum operum exercitium] Et mox firma sequetur conclusio: fidem veram & pœnitentiam nequaquam abesse. Atq; sic Bellarmino factum satis est postulanti à B. Chemnicio infra c. 9. §. 14. ut ex verbo Dei ostendat se aut alios in particulari habere fidem vivam. Duo tamen Bellarminus obvertit §. 4. Ad I. [?] Resp. Imò v. ἰσχυρῶς optime colligi & confirmari potest necessitate conclusionis, quæ tacitè includit Principium DICI DE OMNI, & gignit evidentem. Consequentiam directè in DARI. Dictum Jeremiæ 17. v. 9. agit de corruptione naturali cordis humani, ex qua incertitudo gratiæ inferri nequit; Erit enim Elenchus oppositorum. Ad II. ["] Resp. Committi Ignorationem ἐλέγχω; Non enim de temerariâ virium præsumptione, sed de fide promissionibus divinis inaitente; Nec de infidelibus & Hæret.

§. 4.
 & Talis
 subsum-
 tio falsa
 & im-
 possibilis
 est.
 „Multos
 re ipsa
 falli, qui
 seputant
 habere,
 quod non
 habent,
 exemplo
 Petri, &
 Martyrū
 inter hæ-
 reticos.